



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Parallela Geographiae Veteris Et Novae**

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

**Briet, Philippe**

**Parisiis, 1649**

Nvm. 3. Qualitas Sardiniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13120**

NUM. 3. *Qualitas Sardinia.*

FERTILITAS Sardinia maxima, sic Pausanias in Phocicis, Polyb. lib. 1. Valerius Max. lib. 7. cap. 6. ubi eam vocat *benignam vrbis nutricem cum Sicilia*: Claudianus de bello Gild. *Diues ager frugum*: Strabo lib. 5. *χέρην ἔχει ἐδάμεια τοῖς πᾶσι, σίτω δὲ ἄφρονας*.

GRAVITAS aëris. Mela lib. 2. cap. 7. ait *soli quàm celi melioris, atque ut fecunda sic penè pestilens*: quare Strabo vocat eam *ιοσιγὴν morbosam*, sed maximè æstate, sic intelliges cur Tullius in Epist. vocet Sardum quemdam pestilentiozem patriâ suâ: ob hanc causam huc quoque missi Iudæi ut perirent, ait Suetonius: nihilominus eam Polybius excellere facit *πολυανθρωπία, ἔ τοῖς γερήμασι*.

SERPENTIBVS & VENENO CARET: ita Pausanias in Phocicis, venenorum omnium, & stirpium lethalium expers, si vnam exceperis quæ risum Sardonicum ciet; (de hac agemus in Admirandis) ait tamen postea serpentes hîc hominibus non esse infensos: Hinc Silius lib. 12.

*Serpentum tellus caret, & viduata veneno.*

Solinus nihilominus hîc Solifugam agnoscit, & hanc ait esse Sardis, quod aliis gentibus serpentes; animal esse exiguum Aranei formâ, sic dictam quòd solem fugiat, & in metallicis argenti plurimam esse.

ARGENTI FERAX; sic Solinus cap. 11. & Sidonius in Panegyrico Maioriani, Argenti diues Pomponio Melæ.

SICCIOR Solino est, æstate maximè, quare indigenæ referunt hibernas pluuias. De medicatis aquis huius Insulæ dicemus in Admirandis.

Denique lupis carere notat Pausanias in Phocicis: Mare ad Sardiniam est ad mille vlnarum Straboni: In hoc mari purpuræ insignes, & clarissimæ nascuntur, *Suide.*

NUM. 4. *Politia Sardinia.*

DE variis incolis Sardinia hæc certiora ex Pausaniâ in Phocicis, Diodoro lib. 5. Strabone lib. 5. & aliis colligo.

Primum in Sardiniam appulerunt Afri Duce Sardo, à quo est

no-